

Thesis Ia.

Ex doctrina NT constat unum eundemque Iesum Nazarenum et verum Deum esse et verum hominem.

Intentio theseos:

Pius XII: "nobilissimum theologiae munus illud esse, quod ostendat quomodo ab Ecclesia definita doctrina in fontibus contineatur... 'eo ipso sensu, quo definita est'"  
Humani generis, DB 2314.


Quod in munus obeundum inprimis determinandum est quid quo sensu in fontibus contineatur.

Quaeritur ergo quid NT doceat de Domino nostro, et quidem (1) utrum homo sit, (2) utrum Deus sit, et (3) utrum unus idemque sit et Deus et homo, an alius Deus et alius homo.

Postea autem et in aliis thesibus consideranda erit doctrina ab ecclesia definita, nempe, de una persona in duabus naturis, ~~xxx~~ quid significet et utrum cum doctrina NT concordet.

Fraeterea, quamvis nunc fundamentum ponatur contra Apollinaristas, Nestorianos, Monophysitas (qui <sup>respective</sup> integritatem humanae naturae, unitatem personae, dualitatem naturarum negaverunt), postea tantummodo stabilietur doctrina quae explicite et directe his haeresibus opponitur.

m



Sententiae:

1. Theodorus ep. Pharanitanus.


Fragm. in actis & c. Consant. III, actio 13<sup>a</sup>, Mansi XI,  
568-72. Xiberta, p. 640 s.

V. Grumel, EO 27(1928), 259-65. E. Amann, DTC XV(29), 279-82.

W. Elert, Der Ausgang der altkirchlichen Christologie, Berlin 1957,  
opus posthumum acath.

Habebatur princeps theoriae monenergeticae

*rw*




Schemata historica:

RR. PP.: Honorius I, 625-38; Severinus, 640; Ioannes IV, 640-42; Theodorus I, 642-49; Martinus I, 649-53[55]; Eugenius I, 654-57; Vitalianus, 657-72; Adeodatus, 672-76; Donus, 676-78; Agatho, 678-81; Leo II, 682-83.

Epp. CP.: Sergius, 610-38; Pyrrhus, 638-42 et 655; Paulus, 642-54; Petrus, 655-67; Thomas, 667-69; Ioannes 669-75; Constantinus, 675-77; Theodorus, 677-79; Georgius, 679-86.

Monenergismus: Iam ante 619 incepit Sergius modo valde discreto quaestionem de unica Christi operatione (energeia) agitare. In ~~ix~~ Theodoro ep. Pharanitano agitare. Theodorum ep. Pharanitanum invenit qui totius <sup>motionis</sup> motus theoreticus aestimatur. Paulum cocletem, in ~~ix~~ Chypro insula acephalorum primum, anno 622 consuluit; Cyrum, ep. Phasidensem, anno 626; Anathasium Cameralium, patr. monophys. Antiochenum, anno 630. Anno 631 vel 632 factus est Cyrus patr. Alexandrinus


w



Contra quam sententiam obici solet quod (1) verbis quidem negat personam esse assumptam sed (2) rebus docet personam esse assumptam. Verbis negat: <sup>nam</sup> ~~nam~~ dicit substantiam aristotelicam non esse personam si non negatur relatio actualis dependentiae ad aliam personam. Rebus autem docet personam esse assumptam: quod enim sine relatione dependentiae actualis est persona, idem cum relatione actualis dependentiae etiam persona est, quamvis sit persona ab alia persona dependens.

(b) Tiphanius (ob. 1641), ~~Defensio~~ Declaratio ac defensio scholastica doctrinae.. de hypostasi et persona, Mussiponti 1634, Parisiis 1881, idem ac Scotus sed alio modo proponit. Dicit enim personam formaliter esse realitatem substantiae completam quae tota est in se et proinde alteri non communicatur. Rebus autem substantia aristotelica est tota in se et completa et incommunicata et ideo persona nisi intra maius quoddam totum assumitur tamquam pars.


ml



2 cogitatio meditationi idealis [= exultatio]

1 Iam cognoscitur in eo esse certitudinem  
 cuiusque cuiusque ratio cognoscitur quod  
 deinde quidem perinde est ut in electo  
 pro [pro diversis adimendis] prout

2 Quae tamen cogitatio




- 1) descriptiva et theoretica - quae nos, non prout se
- 2) ~~morali vel practica~~ practica ~~et theoretica~~ - quae deinde quae prout  
 | sedu idem morali, utilitate  
 | sedu utilitate prout se
- 3) frequentativa - in tota in singulis utilibus, sed divide et distribuere  
 per quos non omnes

3 Et ipsa haec cogitatio est prout quaedam et fundamentali  
 constitutio in medicina sociali

Non ipsa haec medietas vel [habitu] [nihil] [omnis] [sicut] vel [omnibus] ad  
 ordinem antiquum pertinet

Ita utentibus de facto constituta quae a facto  
 et hominibus inter duntaxat



5. Dioscor<sup>us</sup>, ep. Alex.

Neque Theodosius Imperator neque Dioscorus condemnationem  
Eutychis acceptaverunt

ml

25

3. Evacuatio Verbi divini in hominem, Jugie 1603.

Eiusmodi sunt omnes theoriae kenoticae quae male interpretantur Phil 2, 7: exinanivit semetipsum. Cf. P. Henry, DBS, art. Kenose.

3 Formula primae synodi Sirmiensis, anno 351, canon 12, eos damnat qui ~~XXXXX~~ Verbum in carnem mutatum putent. Hahn, Bibl. d. Symb., §160, p. 197.

Qui canon ad Apollinaristas a S. Ambrosio refertur.

4. Corpus Christi ex substantia divina, Jugie 1604.

4 Sicut aqua et glacies non sunt duae essentiae ~~sed~~ sed una tantum essentia, ita etiam Verbum et Verbum incarnatum. Cf. Librum Heraclidae, Nau pp. 8 s., ll.

5. Phantasiastae, Jugie 1605.


Verbum <sup>↓</sup>assumpsit non veram ~~sed~~ humanitatem sed mere apparentem.

6. Commiscentur naturae ut tertia quaedam resultet, Jugie 1605 s.

Severus Antiochenus ita unam naturam affirmavit ut tamen proprietates in qualitate naturali distingueret. Quam distinctionem parum consequentem iudicavit Sergius Grammaticus, et ideo voluit unum proprietatum genus quod uni naturae corresponderet, et sicut illud unum proprietatum genus est commixtum, divino-humanum, ita 1,474,546 etiam illa una natura. <sup>tamen</sup> Commixtum non dicit confusum. Cf. Lebon, Grillmeier, 1

Ita interdum loqui videtur Ps.-Dionysius de una operatione theandrica, quem tamen Jugie exculpat, p. 1606. Cf. Lebon, Grillmeier, 1, 474, 546

Niobitae (a Stephano Niobe), c. 570, scientiam Christi contra Agnoetas defenderunt negando omnem naturarum differentiam.



7. Ex duabus naturis fit unum naturale, Jugie 1607.

Ita Apollinaris et Apollinaristae.

Etiam secta aktistarum qui <sup>negaverunt</sup> ~~negavit~~ corpus Christi esse creatum.

8. Corpus Christi caeleste, 1608.

Negatur corpus Christi esse nostro corpori consubstantiale.

2 Timotheus, ep. Beryti, apollinarista, docuit corpus Christi (a) ante assumptionem seu naturaliter esse corpori nostro consubstantiale sed (b) post assumptionem per unionem cum Verbo esse factum divinum, Lietzmann, p. 277 s.; Xiberta, Enchir., p. 124, n. 82. Forte magis ad 1 pertinet supra.

9. Aphthartocetae, Gaianitae, 1609.

Melius inter sectas monophysismi severiani *parentes*.

*W*




4. Subsistens est ens simpliciter. Quare, omnia ~~x~~ entia simpliciter subsistunt, et omnia entia secundum quid non subsistunt.

Unde concludes: idem est principium unde habetur et ens simpliciter, et unum simpliciter, et subsistens.

Ulterius notabis: tota quaestio de ratione unionis hypostaticae ad rationem subsistentis reducitur; nam in Christo Deo et homine una est persona; persona autem est subsistens distinctum in natura intellectuali Christo Deo et homine una est persona, et cum Christus ut Deus iam est persona, sequitur humanitatem assumptam non esse personam. Sed ~~per~~ persona est

W



### Thesis 3a.

nr

Quae de Christo dicuntur et divina et humana, uni eidemque attribuuntur, eique aeterno Dei Filio; quare in Christo una est persona, eaque divina; et legitima consequitur idiomatum communicatio.

### Divisio

Prima pars ponitur contra Nestorium terminis communibus, et exponit mentem c. Ephesini; altera pars addit nomen personae, uti in c. Chalcedonensi factum est; tertia pars ponit corollarium de communicatione idiomatum, et ita praebet fundamentum ad ea quae dicenda sunt thesi proxima de duabus Christi naturis.

### Termini


Christus: de uno eodemque agitur, de quo in thesi prima.

dicuntur: scilicet vere, ideoque iis respondet realitas.

divina et humana: in primis, ea quae in NT habentur; in controversia A pollinaristica tamen factum est ut divina et humana <sup>ere</sup> distinguantur, et idiomata seu proprietates divinae vel humanae nominarentur.

~~unum: indivisum in se et divisum a quolibet alio; obiectum  
possessio humanitatis applicantes cui applicari possunt principia prima  
identitatis et non-contradictionis.~~

unum: indivisum in se et divisum a quolibet alio; obiectum cui applicari possunt et applicantur prima principia identitatis (indivisum in se) et non-contradictionis (divisum a quolibet alio). Agitur de uno transcendentali quod cum ente convertitur.



m

peregrinantes (2 Cor 5, 6) et Dominum exspectantes (1 Thess 4, 15sa; cf. 1, 9s) orant Maranatha (1 Cor 16,22) veni Domine Iesu (Apoc 22, 20).


5. Sed qui nunc de caelis regnat, ante vitam suam terrestrem praeexistebat.

Quae praeexistentia vix probatur ex modo loquendi in synopticis adhibito, Iesum, Filium hominis, venisse... (Mt 8, 29; 9, 13; 10, 34; 18, 11; 20, 28; Mc 10, 45; Lc 9,56; 19, 10).

Explicite apud Ioannem fit sermo de Filio hominis descendente de caelis (3, 13), ascendente ubi erat prius (6, 62); quibus accedunt: ~~xxxxxx~~ "ex Deo processit et venit" (8, 42), claritas (doxa) quam apud Patrem habuit prius quam mundus esset et ante constitutionem mundi (17, 5.24), et doctrina de Verbo (1, 1sa).

<sup>x</sup> Explicite apud Paulum ~~xxxxxx~~ docentur duo stadia de "Christo Iesu qui cum in forma Dei esset... semetipsum exinanivit" (Phil 2,6s); et manifesta est praeexistentia eius "qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt universa... omnia per ipsum et in ipso creata sunt et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant" (Col 1, 15-17). ~~quod iam antea dictum erat breviter, "et unus Dominus Iesus Christus per quem omnia" (1 Cor 8, 6), et "deus cuius saeculi excaecavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio evangelii gloriae Christi, qui est imago Dei" (2 Cor 4, 4)~~

~~Fracturae, quae apud Phil et e Col leguntur, non simpliciter desunt in epistolis prioribus~~




Respondetur (1) coniecturalem esse interpretationem quae ex epistolis posterioribus ad mentem prioris detegendam procedit, (2) 1 Cor 15, 46 docere ~~opinionem~~ <sup>sententiam</sup> opinionem Philonianae contrariam, (3) satis intelligere loca apud Col et Eph ex eo quod similitudo dicit relationem transitivam, videlicet, Adam creatus est ad imaginem Dei, sed conversi ad Christum assimilantur ad Christum qui est imago Dei, ergo datur similitudo inter neo-conversos et iustitiam primi hominis.

9. Ulterius, nomen aramaicum, bar-nash, bar-nasha, in evangeliiis vertitur, 'o 'uios tou anthrôpou, sed secundum proprietatem tum sensus aramaici tum usus graeci verteretur anthrôpos.

Iam vero Paulus ubique tacet ~~hanc~~ circumlocutionem in evangeliiis positam sed, uti vidimus, multa docet circa anthrôpon. Adam enim et Christus sunt homo primus et novissimus, homo terrenus et homo de caelo, de quibus procedunt terreni et caelestes homines, portantes vel terreni vel caelestis imaginem (1 Cor 15, 45-49); in Adam omnes moriuntur, in Christo omnes vivificabuntur (1 Cor 15, 22); quod amplius evolvitur, Rom 5, 12-21, imo extenditur in ea quae habentur de carne et peccato, de gratia et iustificatione, ~~de morte et mortificatione, de morte et poena et de morte ut remedio, de morte physica Christi et de morte sacramentali in baptismo, etc.~~ de morte-poena in Adamo et de morte-remedio in Christo, circa vivere in carne et vivere in Christo, etc.

W



Thesis Ia.

Ex ~~NT~~ doctrina novi testamenti constat unum eundemque Iesum Nazarenum et (1) verum esse hominem, et (2) multipliciter divina participare, et (3) verum esse Deum.

Termini:

Iesus Nazarenus: de quo narrant evangelia.


unus idemque: non alius est homo et alius est Deus, sed qui homo est etiam Deus est, et qui Deus est etiam homo est.

homo: qui communi hominum iudicio vere iudicatur esse  
hic  
homo; ex NT non quaeritur probatio compositionis hominis Iesu ex anima et corpore.

verus: non sensu metaphorico, non sensu diminuto, sed sensu proprio; non minus Iesus est homo quam nos, et non minus est Deus quam p Pater.

Deus: omnium rerum principium et finis; de modo quo concipitur Deus in NT, vide praenotamen.

W



m

Pars 2a: Idem Iesus ea quae divina sunt multipliciter participat.

Hac parte secunda tum praeparatur agnitio divinitatis Christi tum maxime explicatur modus <sup>progressivus</sup> quo divinitas Christi in NT concipitur.


Nam post peractam revelationem divinam et post peractos Patrum labores in decreto Chalcedonensi concipitur <sup>Filius ut</sup> persona <sup>aeterna et</sup> divina ~~filii~~ cum natura divina, cui in tempore accedit assumpta natura humana; quo schemate posito, invaluit usus loquendi ~~et~~ <sup>distincte</sup> praedicandi sive de Christo ut Deo sive de Christo ut homine.

At progredientē ipsa revelatione, tum discipulis a Christo discentibus tum primaevīs christianis a discipulis, alius erat concipiendi modus et alia schemata.

Incipitur enim ab homine experientia noto qui (1) cum privilegiis singularibus regnum Dei annuntiat, (2) per opus soteriologicum idem regnum in terris constituit, et (3) iterum venturus est iudicare vivos et mortuos ad idem regnum consummandum. Quod schema quoddam prospectivum facit.


Incipitur deinde ab homine praedicato qui (1) resurrectus et ad dexteram Patris sedens regnum Dei iam exercet, (2) ante vitam suam terrestrem praeexistebat, imo (3) in ipso principio erat. Quod schema quoddam retrospectivum facit.

Quae quidem schemata a <sup>postea evoluto</sup> ~~posteriori~~ differunt (1) inquantum incipiunt non a persona aeterna <sup>n</sup> sed ab homine temporali, (2) inquantum totam doctrinam christologicam non brevibus formulis includunt sed pedetentim et paedagogice alia elementa aliis addunt, (3) inquantum distinctionem



Attamen haec differentia magis in intentionibus latebat quam in verbis patebat. Et ipsae intentiones probabilius nisi modo confuso ab ipsis errantibus non apprehendebantur. Eiusmodi ~~nam~~ fere erant: si omittitur principium, operari est personae a natura, restringuntur conclusiones ex c. Chalcedonensi deducendae, minu<sup>u</sup>entur differentiae inter orthodoxos et monophysitas, facilius redditur reunio, concordia, pax, animarum salus, defensio imperii. Omissio principii ~~nam~~ exigit determinatum quemdam modum concipiendi et loquendi, scilicet, ut de operationibus vel ~~et~~ saltem de voluntatibus fiat sermo, non qua naturalibus, sed qua inter se cohaerenter unitis et a Verbo tamquam<sup>a</sup> principio primo procedentibus. Quibus non ~~nam~~ clare et distincte sed globaliter et confuse apprehensis, evolvebatur primo doctrina monenergetica et deinde doctrina monothelitica. Sed quamvis in toto hoc motu deprehendi possit intentio erronea, ~~nam~~ <sup>1</sup>quamvis eadem intentio in mente Honorii minime probetur

W



loco duarum operationum confiteri debemus duas naturas, loco unius operationis unum operatorem.

(c) In eadem secunda epistola narrat Honorius se in hunc sensum scripsisse tum ad <sup>patr.</sup> Cyrum, Alex. tum ad <sup>patr.</sup> Sophronium, Hier.; et Sophronium consensisse ~~nam~~ se de duabus operationibus nominandis abstinere si Cyrus de una nominanda abstinet.

Mansi XI, 579 B, 582 B BC.

et Sophronium rescripsisse se consensurum fuisse modo consentiret etiam Cyrus. Mansi XI, 579 B, 582 BC.


d) Circa hanc partem doctrinae Honorii adeo non constat alium ~~nam~~ summum pontificem aliquam explicationem obtulisse ut potius dicendum sit contrariam omnino esse doctrinam c. Lateranensis, DB 267.

e) Sed illud statim est addendum, nempe, Honorium non definisse neque unam neque duas operationes esse confitendas.

In prima enim epistola dixit se solutionem in scripturis non percepisse, ad nos ista pertinere non debere, ea grammaticis esse relinquenda, DB 251.

In altera autem epistola occurrunt quidem voces: "dogma ecclesiasticum," "definire," "definientes"; sed sensus est, <sup>definivisse,</sup> non Honorium rem definire, sed potius Honorium iudicasse definitionem non esse opportunam: "... non unam vel duas operationes.. confiteri debemus.."  
operationes in mediatore Dei et hominum definire..." et "non nos oportet unam vel duas

*W*



Nota: De fide definita in c. Constant. III, DB 291, 292.


Probatio.

Primo, thesis probatur de rebus aliud scilicet esse operari et velle divinum et aliud esse operari et velle humanum, quorum omnia in uno Christo Deo et homine inveniuntur.

Deinde, thesis probatur quoad voces, modum concipiendi, subauditum principium, nempe, operari et velle esse personae a natura ideoque duas naturales in Christo esse tam operationes quam voluntates.

Primae partis probatio:

1.



m

Schemata historica

DB 251-293; Mansi X et XI; Hefele-Leclercq, III<sup>1</sup>, 317-538; Xiberta, Enchir., pp. 616-28; 634-80.

RR. PP.: Honorius I (625-38); Severius (640); Ioannes IV (640-42); Theodorus I (642-49); Martinus I (649-53[55]);  
Eugenius I (654-57); Vitalianus (657-72); Adeodatus (672-76); <sup>Donus (676-78);</sup>  
Agatho (678-81); Leo II (682-83).

Epp. CP.: Sergius (610-38); Pyrrhus (638-42; et 655);  
Paulus ~~MARCELINUS~~ (642-54); Petrus (655-67); Ioannes (669-75);  
Constantinus (675-77); Theodorus (677-79); Georgius (679-686).

DTG: Monothélisme (M. Jugie) X(20), 2307-23; ~~monothélisme~~  
Honorius I (E. Amann) VII(13), 93-132; <sup>S.</sup> Martinus I (E. Amann)  
X(19), 182-194; S. Maximus Conf. (V. Grumel) X(19), 448-60;  
S. Sophronius Hier. (G. Bardy) XIV(28), 2379-83; c. Constant. III  
(J. Bois), III(5), 1259-74; <sup>S.</sup> Ioannes Damascenus (M. Jugie) <sup>VIII(15), 693-757,</sup> X(19),  
<sup>spec.</sup> 713 et 734 s; Theodorus ep. Pharanitanus (E. Amann), XV(29),  
279-82.

V. Grumel, Recherches sur l'histoire du monothélisme, Echos d'Orient, 27(1928), 6-16; 257-77; 28(1929), 19-34; 159-166; 272-282; 29(1930), 16-28.

W. Elert, Der Ausgang der altkirchlichen Christologie, Berlin, Lutherisches Verlagshaus, 1957. Opus posthumum acatholicum.

